526

Baraniecki Consorti Reformat

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensis Capitaneus
367 Remyshensilus Nobilis Theodorus Baraniecki olim Nobilis Tienko Ba-
raniecki cum Nobili olim Catherina Baczynska procreatus filius sanus mente
et corpore existens a Terris Dismetilus Juribus Juriscontinentibus suis quibusvis
propriis et competentibus recedendo praesenti Veri Castrensis Capitaneus Remyshensis Ju-
riscontinentibus quos ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice
ac per expressum recognovit; Quam ipse Nobili Hala Baczynska Nobi-
lis olim Jacko Baczynski Inscripta cum Nobili Marina Pacta-
wska procreata filia sui Veri Recognoscentis Consorti legitimae et eius po-
steris Summam Trecentorum florenorum Polonicorum ratione Veri, dotis et expe-
ditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae tum et aliam
similem Summam Trecentorum florenorum Polonicorum ratione certi, Veri, iusti
et liquidi dotalitii in et super tota et integra medietate bonorum suorum
generaliter omnium hereditariorum et obligatorum mobilium et immobilium
Summarumque quarumvis pecuniarum, necnon auri argenti, Clenodiorum
Virorum Margaretarum Vestium Vestimentorum, Stanni aeris cupri, cricalci
pecorum pecudum, equorum equiteae ac totius supellectilis domesticae nunc
habitae et in posthabendi dedit dotavit dotalitiavit, inscripsit, et Reformavit
prout dat dotat, dotalitiat, inscribit et Reformat praesentibus, Per ipsam
Nobilem Halam Baczynska sui Recognoscentis Consortem Uniam et ipsos
posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum Uni-
versis ipsis Utilitatibus et Usufructibus competentiaque et Prorogativa quamvis te-
nendi habendi, et possidendi, illoque quiete et pacifice Ut faciendi ac ad
Usus suos et suorum successorum quotiens beneplacitos libere
et effectualiter convertendi, Vigore ac more aliarum Reformationum
hactenus et diutius in Regno Poloniae Observari solitarum.

Baczynska